

PHILIPPI REGIS FRANCORUM

EPISTOLA

Ad Willelmum Remensem archiepiscopum.

De decima Saladina (36).

(Anno 1189.)

(D. MARLOT, *Metropolis Remensis*, tom. II, pag. 425.)

PHILIPPUS, Dei gratia Francorum rex, viro venerabili et charissimo avunculo suo WILLELMO eadem gratia Rem. archiepiscopo, et universis ejusdem provinciae tam ecclesiasticis quam laicis personis: salutem in perpetuum.

Cum ad restaurationem terrae sanctae, ecclesiarum regni, et principum assensu, rerum mobilium et redituum, tam ab ecclesiasticis quam laicis personis decimae semel exactae fuerint, ne ad consequentiam facti hujus enormitas traheretur, statui-

mus ne hujus exactionis occasione, vel ob similem causam aliquid ullo modo ulterius exigatur, etc.

Actum Parisiis anno Verbi incarnati 1189, regni nostri x, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt:

Signum comitis Theobaldi dapiferi nostri.

Signum Guidonis buticularii.

Signum Matthaei camerarii.

Signum Radulfi constabularii.

Data vacante cancellaria.,

WILLELMI CUJUSDAM

Episto a nuncupatoria ad Willelmum archiepiscopum Remensem in suam *Microcosmographiam*.

(Circa annum 1180.)

(D. MARTEN., *Amplissima Collect.*, I, 946, ex ins. Trevirensi S. Matthaei.)

Reverendo Patri et Domino WILLELMO Dei gratia Remensi archiep. et apost. sedis legato, WILHEL-

tient en outre diverses confirmations qui en ont été faites à diverses époques.

1^o Avril 1202. Confirmation par Philippe-Auguste de la reconnaissance des 60 liv. de rente que le chapitre a droit de prendre sur les revenus de l'archevêché.

2^o Trois bulles d'Innocent III, en 1201; de Grégoire IX, en 1229, et d'Alexandre IV, en 1256. Voici ce que la 1^{re} renferme de plus important.

Innocentius III, episcopus . . . sane cum et inter vos et ecclesiam vestram ex una parte, et venerabilem fratrem nostrum Willelmum archiepiscopum vestrum ex altera, fuisset exorta dissensio super quibusdam damnis et injuriis quae vobis et ipsi ecclesiae illata dicebatur ab ipso; dicto archiepiscopo in contrarium allegante, quod excederetis modum in civibus suis ad vestrum servitium evocandis; pro quibus etiam querelis fuit ad nostram audientiam appellatum, et vos appellationem vestram fecistis per dilectos filios R. succentorem, magistrum F., Hugonem et PH. vestros canonicos prosecuti; tandem ipsi monitis nostris inducti, potius eligentes inter se compositionem inire, quam

mus suorum minimus, suam Microcosmographiam. Inter caeteras animi tui virtutes, maxime ample-

causam intrare, lites suas amicabili compositione sedarunt. Nos igitur. . .

Datum Anagninae Idibus Januarii pontificatus nostri anno quarto.

(30) Ad impensas suscepti belli sacri statutum est, ex assensu et consilio episcoporum et procerum, ut omnes tam ecclesiastici quam laici, exceptis iis qui peregrinationem susciperent, decimam redituum et mobilium suorum integre regi persolverent. Fertur hujusmodi decimam *Saladinam* dictam ab bellum adversus Saladinum Babyloniae regem indictum, sed quod ejusdem pensatione plurimum gravarentur Ecclesiae, scripsit Petrus Blesensis, insignis vir pietatis et litteraturae, epistolam ad episcopum Aurelianensem, monens ut eo cum aliis regi talia praescribenti intrepide objiceret. At praesulum querelas regem preoccupasse veri simile est, cum Willelmo Remensi archiepiscopo, omnibusque clericis et laicis Remensis provinciae actu authentico declaravit mentem ejus non esse ut in posterum similis exactio fieret quacunque causa, vel praetextu.